



Excipiunt hos ordine e schoenburgicis dominiis subsequen-
tes: M. CHRISTOPHORVS HOFFMANN· pastor et superint.
penicensis: M. NICOL. BOHEMVS· comminister. eccl. penicen-
sis: BARTHOLOM. BAVMGARTEN· diaconus eccl. penicensis:
M. BARTHOL. ROSINVS· P. et S. eccl. Waldenburgensis: M.
MARTIN. FABER· comminister eccl. Valdenburgensis: PETRVS
ZEIDLERVS· diac. eccl. valdenburgens. M. BENEDICTVS MEL-
HORN. P. E. lesnicensis (*Loesnitz*): IO. GVNTHERVS· P. E.
cursdorffensis: IO. STROPHIVS· P. E. vuildbachensis. Mireris
forsitan, nullum e dominio glauchauensi et lichtensteinensi hos
inter reperiri confessores, cum e reliquis adscripti sint plures.
Veram huius rei causam et me ipsum praeterire, libere profiteor:
attamen, si hariolari in his fas est aequumque, facile crediderim, inge-
nue qui desiderantur, si non omnes, certe complures, genuinos haud
fuisse sanioris doctrinae fautores: nisi forte, timore ac metu ductos,
ab hac publica confessione abhorruisse, atque hinc nomina hic pro-
fiteri sua addubitasse, subolere malis.

Postremum occupant eorum nomina locum, qui e vicinia
antecedentibus socios sese adiunxere, quorum haec sunt: M. IO.
TETTELBACHIVS P. et S. eccl. chemnicensis: ANDREAS
LANGVS P. eccl. chemnicensis ad diui Iohannis: M. IOSVA
OPITIVS P. in n. (nicolaitanus forte) dioeceseos chemnicensis.
Et tandem NICOLAVS ANER P. E. in Altenmitweide. Atque
hi sunt, si non aequae clara in vniuersum nomina et famam possi-
dentes eandem, aequali tamen fide ac pietate conspicui, et pari
passu in veritatis confessione ambulantes viri, atque adeo ad vnum
omnia veneranda capita.

Autores nostrae, quam recensuimus, confessionis quod atti-
net, praecipui isti fuerunt D. SIMON MVSAEVS· ecclesiae gera-
nae, et GEORGIVS AVTVMNVS· graicensis pastores et superin-
tendentes. Ita enim relationes innocentes, ad annum MDCCCXX.
p. 371. et ex iis BILERVS P. II. *Der neu eroeffneten Schatzkammer
aller theol. Wissenschaften*, p. 558. seqq. referunt: *Dieses ausfuhr-
liche*